



Bulla sive Ledula materia univer-  
salis Pacis: & destinationis Lega-  
torum de latere: per S. dñm nostrum  
dñm Leonem. X. Pont. Max. sa-  
cro approbante Concilio edita. Re-  
cta per Reueren. Patrem dominum  
Archiep̄m Genes. in Octava Sce-  
sione in Lateran. basilica celebrata.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

Bulla siue Ledula materiā univer-  
salis P̄acis: & destinationis Lega-  
torū de latere: per S. dñm nostrum  
dñm Leonem. X. Pont. Max. sa-  
cro approbante Concilio edita. Le-  
cta per Reueren. Patrem dominū  
Archiep̄m Genes. in Octaua Ges-  
sione in Lateran. basilica celebrata.



**LEO** Episcopus seruus seruorum dei. Ad futuram rei memoriam/ Sacro approbante Concilio. Ad omnipotentis/ & indiuidue Trinitatis laudem/ & gloriam illius : cuius uicem in terris gerimus ; & qui pacem & concordiam nutrit in sublimibus: Pacemq; ipsam e mundo discedens/ Iure quodam hereditario suis reliquit Discipulis. Sacrum Lateraneñ. Conciliū prosequentes/ cum al's inter cetera in Septima proxima precedenti Sessione ; ut imminenti & notorio Infidelium periculo/ Christianiq; sanguinis effusione ; qui exigentibus nostris culpis/ etiam tunc effundebatur/ occurreretur: Dissensionesq; inter Christianos Reges & Principes uigentes tollerentur ; & inter ipsos totis viribus pacem querere cogereintur; cuius componende/una ex principalioribus Congregationibus Concilii prefati causa extiterat/ut Pax ipsa sequeretur/inviolataq; perduraret / & debite executioni demandaretur: hiis presertim temporibus : quibus potentiam Infidelium mirum in modū creuisse cognoscetatur ; eodem sacro Concilio approbante/ad Reges/Principes/Potentatusq; prefatos/Legatos & Nuntios/pacis/vigiles/doctrina experientia probitate insignes / protractanda & cōponenda uniuersali Pace mittere disposuimus& decreuimus:utq;arma deponant/dominio auxiliante/quantum in nobis esset pro viribus la-

borare & operari: Regumq; Principū & Potentatū predictoꝝ Oratores/in ipso Concilio tunc presentes/ pro Apostolice Sedis reuerentia / fideliumq; unione requisiuimus: ut Regibus/Principibus/& Potentati bus suis ea significarent: Eosq; nostro nomine horta rentur/ad ipsos Legatos apostolicos benigne & hc no rifice tractandum & audiendū + Votisq; nostris/tam iustis & piis/ per eos eis exponendis satisfaciendum : quod eos facturos nobis persuadebamus : ut quanto citius fieri posset/ per nos mittendi/ Legationis onus eis impositum alacriter suscipere/susceptumq; uirili ter implere possent : ac Patre lumenum(a quo omne datum optimū est)fauente/Pax ipsa tractari atq; cōponi/eaq; composita/sancta & necessaria contra Infidelium rabiem/ Christiano sanguine satiari anhelantem/expeditio fieri ualeret: & pro totius Christianita tis securitate & quiete feliciter termiari. ¶ Nosq; post modū pro debito Pastoralis officii/Pacem & unitatē ipsam/tum uniuerso Populo Christiano/ tū maxime eisdem Regibus/Principibus/& Potentatibus/ex intimo cordis affectu optātes:ex quorū dissensione diu turniora & grauiora iudicis Christiane reipublice dāna prouenire posse formidabatur:Ex eorū autem pace & unitate/ eidem reipublice utiliter & salubriter con sultum irisperabatur: Nuntios nostros/& litteras ad prefatos Reges/Principes/& Potentatus inter se dissim

entes/hortādos requirendos monendosq; misimus+ nilq; quantū in nobis fuit obmisimus tractare & ope rari omni nostro conatu: ut sc̄motis quibusuis dissensiūs atq; discordiis/unanimi tandem consensu gratia & amore ad uniuersalem pacem concordiam & unio nem redire uellent/ne ulterius per īmanissimū Tur chogꝝ Tyrannū/ ac Infideles alios/ dāna Christianis īferrentur : sed ad reprimendū gentium illarū īma nem furorem / elatosq; conatus/accingerentur + Que cum ita sint / Nos cuncta ad optatum finem perduci omni cogitatione cura studio ac sedulitate affectātes/ & dante domino cōfidentes/Legatos de latere nostro sancte Romānī Ecclesie Cardinales in Cōsistorio no stro secreto/de Fratrum nostroꝝ consilio/per nos post modū nominandos/cum Auctoritate & facultatibus necessariis & oportunis/ tanq; Angelos pacis pro hu iusmodi Christianoꝝ pace uniuersali tractanda com ponenda & conducenda/expeditioneq; contra Infide les incunda/eodem sacro Concilio approbante/ad eos dem Reges/ pro eorū Regia magnanimitate / & erga Catholicam fidem deuotione/ prompto & alaci animo/ad utrūq; sanctissimū opus/Pacis scilicet/ expedi tionisq; inducendos/pro uniuersitate reipublice Christia ne integra atq; pfecta tutela defensione & salute mit tendos & destinādos esse decernimus . ¶ Preterea cū ex diuturna & multiplici Heresi Bohemorū plurimū

deus offendatur / & Christianus populus scandalizetur: quo & etiam ad uere fidei lumen atq; concordiam reducend & Prouintia / Dilecto filio Thome Tituli sancti Martini in montibus Pbri Cardinali Strigoniensis ad Hungariam & Bohemiā nostro & Apostoli ce Sedis Legato / est a nobis hiis proximis diebus plene demandata. Eosdem tamen hortamur in domino: ut uel ad nos / & hoc sacrum Lateraneñ. Conciliū / uel ad eundem Thomā Legatum: qui propinquior illis erit / aliquot ex suis Oratores / cum sufficienti manda- to destinare non negligant / ad tractādum de oportu- no remedio / quo errores / quibus diu detinētur agnos- cant / & ad uerum religionis cultū / & sancte Romān. Ecclesie gremiū / deo duce reducantur: quibus / hoc sa- cro approbāte Concilio / ueniendi / eundi / standi / quo- usq; premissorū tractatus durauerit / & postmodū dis- cedendi / & ad propria redeundi / in fide Pontificali li- berum Saluūconductum / & fidem publicam tenore presentium concedimus & elargimur: eorumq; uotis quantū cum deo poterimus annuemus. ¶ Vt autem hoc sacrum Lateraneñ. Conciliū / ad finem ubertime sperateq; utilitatis perducant / alia nāq; plura & gra- uia in eo tractanda discutiendaq; remaneant / ad omni- potentis Dei laudem / & Ecclesie sue exaltationem / Nonam Sessionem continuationis celebrationis ip- sius sacri Lateraneñ. Concilii / Noñ Aprilis / Milles.

moquinq;ētesimo quartodecimo. Pontificatus nostri Anno Secundo: que erit Quarta feria post Domini- cam Passionis / sacro Concilio approbāte / indicimus. ¶ Nulli ergo omnino hominū licet hanc paginam nostre cōstitutionis / concessionis / clargitionis / & indi- ctionis infringere / uel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare presumpserit / indignatio nem omnipotentis dei / ac beatorū Petri & Pauli Apo- stolorū eius se nouerit incursum. Datum Rome in publica Sessione in Lateraneñ. Sacrosancta Basilica solemniter celebrata. Anno Incarnationis dñice Millesimo quinq;ētesimo tertio decimo. Quartodecimo kī Januarii. Pontificatus nostri Anno Primo.

P. Bembus.

P. Cotini.